a uia sua mala, quoniam magnus furor & indignatio, quam locutus est dominus aduersum populum hunc. Et fecit Baruch filius Nerię, iuxta omnia quę pręcepat Hierẽias ꝓphã, legẽs ex uolumĩe sermões ĩ domo dñi. Et factum est in mense nono, prędicauerunt ieiunium in conspectu domini omni populo in Hierusalem. Hac ergo authoritate diuię scripturę, ecclesia morem obtinuit, & uniuersale ieiunium hac obseruatiõe cęlebrat, quod tamen ieiunium incipiens in nono mense, in decimum extẽditur, idest usqꝫ ad diem natalis dñi ꝑtingit. Congrua itaqꝫ dispositiõe a magistris ecclesię hoc loco ieiunium quadragesimale fieri cõstitutum est, ut ante diem natalis domini ieiunio & abstinentia nosmetipos castigemus, quatenus uenientem redemptorẽ digna conuersatione suscipere possimus, sicut ante tempus resurrectionis eius carnem nostram affligimus, ut resurrectionis gratiam quę per ipsum fit, consequi mereamur. Sed hęc de tribus quadragesimis dicta sufficiãt.

DE CAETERIS LEGITTIMIS IEIVNIIS, ca. xxiij.

Reter hęc autem et legittima tẽpora ieiuniorũ
p sunt, sicut est omnis sexta feria, in qua propter passionem domini a fidelibus ieiunatur, & sabbati dies, qui a pleriscꝫ ꝓpter q̃d in eo Christus iacuit in sepulchro, ieiunio consecratus habetur, sicut in decretis Innocentij Papę constitutum inuenimus, scilicet ne Iudęis exultãdo prębeatur, quod Christus sustulit moriendo. Nam utiqꝫ constat apostolos biduo isto & in mœrore fuisse, & ꝓpter metum Iudęorum se occuluisse, quod utiqꝫ non dubiũ est, & ieiunasse eos biduo memorato, quę forma utiqꝫ per singulas tenenda est ebdomadas, propter id q̃d cõmeõratio illius diei semp est celebranda. Quod si putant uno tantum sabbato ieiunandum, ergo et dominicum, & sexta feria semel in pascha erit utiqꝫ celebrandum.